Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Deinde dicitur. Beati qui habitant in domo tua. uidere tria
ee. tabernacula et atria. et ad
extremum domum. quam dilecta
tabernacula tua domine uirtutum
Quae sunt ista tabernacula. uidea
mus euangelium annotabilia quam
significantia per beatum loquitur
dnus et dicit. facite uobis ami
cos de iniquo mamona et cum de
fecerit recipiant uos in aeterna
tabernacula. quid defecerit
hoc. iniquus mamona recipi
ant uos illi in aeterna tabernacula
Videlicet ergo quod iniquus mamo
na iniquo reto defecit. tam con
siderate quod iste iniquus iusti
tiam parat. mamona in lingua
hebrea diuitiae nuncupantur
non aurum ut quidam putant de ini
quo mamona. ueram. et philoso
phi quaedam sententia
Omnis diues aut iniquus aut iniqui
here est. propterea dicit dnus atque
saluator quod diuites difficile
ingrediantur in regnum caelorum
Dicat aliquis quomodo zacheus
ingressus est in regnum caelorum qui
diues fuit reddedit diuitias et sta
tim commutauit diuitias regni
caelorum. Nec dixit quamquam diuites
fuerint
non intrabunt in regnum caelorum. sed
dixit quod difficile diuites intro
bunt in regnum caelorum.
Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum
alii desiderant possessiones. alii
reti iustitiae diuitias. alii parere
iniustitiae reti ecclesiae. et gloriam
aliquam habere apud homines.
mihi hoc solum desiderium est uidere
aeterna tabernacula tua. illam
dilectas sunt tabernacula ubi
gregatio iustitiae est non uitiorum
Concupiscit et defecit anima mea
in atria domini. hoc est solum desiderium
hoc solus amor meus ut uideamus
atria tua.
Videlicet ordinem primum desiderat
tabernacula. tabernaculaque
non habent fundamentum. tabernacula
quae cito mutantur. Taber
naculum semper mutat et huc illucque
transfertur. caelestia atria non sunt
quidem domus sed tamen habent aliqua
fundamenta et dectria intra amus
in domum. Iste ergo primum taber
nacula desiderat et poste deficit
et amore tabescit ut uidet atria
Et cum fuerit in atrium. tunc dicit. beati
qui habitant in domo tua. Cor
meum et caro mea exultauerunt in dm uiuum
difficile est. ut et cor et caro alicuius